

LECTIO VIGESIMATERTIA.

In qua explicatur Dist. 6. p. sent. vbi Magister ponit quæstionem illam hæreticorum.

Dist. 6.

Accum pater generet filium: An generet illum voluntate, vel necessitate? In qua propono vobis continuationem cum præcedentibus.

Partitionem modorum Generation.  
Conclusionem: Probationem.  
Difficultates, & Solutionem.

Quo ad continuationem facilis est. Nam cum in antecedenti Distinctione Magister probauerit quod nec pater essentiam, nec essentia filium, nec essentia essentiam generat, sed generatio fit à supposito patris, potest dubitari, immo de facto dubitatur.

Cum pater generet filium, & generatio sit æterna queritur. An pater generet voluntate, an necessitate. Non est dicendum quod generet voluntate, quia esset spiratio. Non est dicendum, quod generet necessitate, quia non est necessitas, sed summa libertas. Ideo ad huiusmodi declarationem modo accedam ad alia capita principalia. Et primo quid Generatio? Vbi de mente Arist. in lib. de ortu, & iteritu dicitur: Generatio est mutatio ex non ente in ens. Ex non ente in actu, sed ex ente in potentia, in ens actu.

Generatio qd.

Hinc generatio sumitur multifariam. Nam dicitur Generatio.

Improppia. } Generatio impropria vt inquit Gabriel Biel, est quæcunq; productio de nihilo, &  
Figuralis. } hoc modo creatio potest vocari large generatio. 1.D.17.art.2.  
Artificialis. } Generatio figuralis est productio figuræ, vel caracteris in aliquod subiectum, hoc modo impressio annuli, vel sigilli in cera, dicitur esse generatio: sic species causata, ab obiecto, & intellectu agente in intellectum possibilem, dicitur generatio. Genrat. quos.  
Vniuoca. }  
Per accidens, & }  
Diuina. } Generatio dicitur esse artificialis vbi non est pars potentie naturalis, id est, vbi nullo modo natura operatur sicuti in generatione Amphitheatri: certum est quod natura nullo pacto facit hoc, sed solum ars non sic in productione tritici, & sanitatis vbi cum arte natura & cum Medicina calor.

7. Metaphy. t. com. 29.

Generatio vniuoca dicitur productio effectus similis in specie cum producente vt. Homo ab homine. Leo à Leone, & sic in alijs speciebus, dicitur generatio vniuoca. Hoc modo planta à planta, ignis ab igne dici possunt generationes vniuocæ, quia sunt à simili in specie.

Generatio per accidens dicitur respectu eorum quæ non generantur à simili in specie: Vt generata ex puri materia, de qua Phil. 7. Diui. tex. com. 28. & 30. & 12. Diui. com. 24. Vt mures, muscæ, vermes, ab intelligentia diuina.

7. Diui. t. com. 28. & 30.

Generatio diuina dicitur esse vnica, & respicit filium solum in diuina natura. Et dicitur ista generatio. Eterna. } Naturalis. } Eterna propter perfectam fecunditatem patris qui cum sit æternus,  
Totalis. } Voluntaria & } & fecundissimus fecunditatis proprium est parere, & fructum.  
Substantialis. } Necessaria. } emittere, ergo pater ab eterno produxit.

Dicitur totalis, quia totam communicauit essentiam filio, vnde quicquid est in patre, & in filio. Dicitur substantialis, quia filius est patri æqualis. Quoniam idem in substantia facit æqualitatem in virtute. Dicitur naturalis, quia filius est patri similis. Nam assimilatio est penes naturam tantum. Natura est ex similibus similia procreans. Vt æquus, ab equo: leo à leone. Hinc animalia perfecta sunt à simili, & à semine: Imperfecta non sunt neque à simili, nec à semine, sed à stellis, & à materia putrida. Hinc errat Auienna dicens quod animalia sine semine possunt generari, vt homo ex cælo, & stellis. D. Auerris quod perfecta indigent cælo, semine, & proximo agente, & vniuersali.

7. Diui. 22. & 23. tex. Animalia per seculo à semine.

Dicitur voluntaria quia voluntate concomitante genuit. Dicitur necessaria non necessitate coactiua, quia pater est à se, sed necessitate immutabilitatis, & fecunditatis. Deus generat. } Generat quia intelligit actu seipsum. } Generat, quia potentia vnita est actui.  
Generauit & } Generauit quia semper intellexit se. } Generauit, quia semper fuit vnita actui.  
Generabit. } Generabit quia semper intelliget se. } Generabit, quia non potest seungi ab actu.

Generat o continuatione à deo.

Præt. in Deo considero hos voluntatis gradus. Nam possumus intelligere, quod Deus voluit generare. Antecedenter. } Antecedenter velle, est prius aliquid desiderare, & postea facere. }  
Consequenter. } Consequenter velle, est post factum aliquid, complacere de illo, vel in illo. }  
Concomitanter, & } Concomitanter velle, est generare, & aliquid facere, & velle illud facere. }  
Plene. } Plene velle, est exire in effectum, & statim producere opus. }  
Gradus voluntatis.

Stante hac distinctione dico, quod Deus non voluit producere filium, nec primo modo, nec secundo modo, quia non præcedit tempus, nec consequenter, quia operationes diuinæ simul intelliguntur, & vult eas, sed bene est 3. & 4. velle respectu fi.

Nam est velle effectus, & plenum, quia produxit. Et est velle concomitanter, quia generauit non sine voluntate. Ideo inquit Magister. Non prius voluit, quam generauit. Nec prius generauit, quam voluit, sed semper voluit, & semper generauit.

Michael Bon.

Præt. Michael Noster Bonon. Dist. 6. conclu. 3. Probat, quomodo filius producatur voluntate concomitante, sed non potest produci voluntate, tanquam voluntas sit principium productiuium, & probat hoc modo. Filius producit per modum naturæ, ergo non per modum voluntatis, patet quia natura præcedit voluntatem. Filius est sapientia patris, sapientia præcedit affectionem patris, ergo non per voluntatem.

Præt. Si procederet per modum voluntatis, ergo nulla distinctio esset inter filium, & spiritum sanctum, hoc absurdum igitur non procedit per modum voluntatis.

Lib. 7. de Tri. cap. 3. Dist. 6. que. 3. artic. 13.

Præt. Quod procedit per modum exemplaritatis procedit per modum cognitionis, cognitio est intellectus, ergo cum filius sit exemplar: Verbum: Imago, & plena ars omnium rationum viuientium, vt inquit Aug. & Bonauer. erit per modum intellectus, ergo non per modum voluntatis. Idcirco discrimen ponitur inter filium, & Res. Nam filius est exemplar: Res exemplata.

CONTRA